



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-160075-p0001-1

DFG

Universitätsbibliothek

U.



IOANNIS CASELII

Ad Clarissimum virum

# CORNELIUM MARTINIVM,

Antwerpium, renunciatum Prorectorem  
academiæ Iuliæ,

*EPISTOLA.*

ΟΥ ΥΕΥΔΕΙ ΤΕΓΓΩ

λογοτε.



HELMSTA DII, in acad. IVLIA,  
excudebat Iacobus Lucius. Anno

cic. 150.

XII. Kal. Decembr.

27



Σω̄ Θε̄.



Vid citharæ resonant? quid fulgent sceptræ  
duorum  
Cerytum? quid museis effusa iuuentus?  
Quidq; sacerdotum vult inclutus ordo Miner-  
Quos inter latis humeris excelsior vnus, (uæ?  
Coccinea iuuenis spectandus epomide prodit?  
Non temerè est: hæ sunt, ni fallor, Iulia,  
Hic sese expediens curis semestribus, illi, (quando  
Quem pridem è socijs suffragia designarint,  
Ritè gubernatæ nauis per cærula, clauum,  
In portu, è dextra in dextram, Guelpho auspice, tradit:  
Iulia sunt: & honos hic cui decernitur, adsunt  
Delecto Aoniæ gratatum voce sorores.  
Musa virum laudat, quo nil humanius: at si  
Hunc irritâris, nihil acrius extet eodem:  
Discimus hoc ipsum passim de heroibus istis,  
Quos olim intonsi nemoroſo in vertice Pelij  
Phyllrides multa virtute poliuit & armis:  
Sic Cornelius est, vti vis, & mitis & asper,  
(Mitis, vt in cœlo se viuere iuret amicus,  
Asper, vt aduersum qui ierit, se spondeat orco)  
Militia in nostra. Nam certa indagine verum  
Vestigat fidis socijs, & fortè cubili  
Contecto latitans densis in vepribus, artis  
Præſidio, è tenebris ad clari lumina folis  
Protrahit, ostenditq; palam dulcedine mira,  
Tam niuea charta, quam de cathedra ore diserto.  
Si quis in hañc audax contrâ descendat arenam,  
Præceptis Eridos fretus, linguaq; canora,  
Noster hic, haud animo trepidans, citate tela retundet,  
In caput auctoris, rationumq; insuper addet  
Pondera, plus alia vi, plus etiam ense, valentum:

Vt

Vt sibi desperent palmam laudemq; sophistæ.  
Nemo ita contexet labyrinthorum inuia tesqua,  
Quin directa sacræ rationis fila secutus,  
Incolumem tuto se sistat in æquore campi.  
Nemo ita mentito pinget sua falsa colore,  
Quin idem valeat fraudis detergere fucum,  
Et populo insipidas spectanti pandere nugas.  
Nemo ita cuprea vasa, vel ærea, perlinet auri  
Exigui gutta stillante minutius, vt se  
Indicis attritu non prodat vile metallum.  
Hic est ille canon, quo scit Cornelius vti,  
Quem Polycleteo similem, docet vsq; iuuentam.  
Hanc normam sequimur, nec eam, quæ prodita Lesbo,  
Huius & illius saxo se commodat vfu,  
Norma abnormis, & vt curuatus scipio numquam  
Regula erit, sic nec noua norma valebit in æuum,  
Hæc licet à stolidis frustra tollatur olympos.  
Vt verò fluctus fortunæ fregerit exul  
A puero: atq; acie mentis, duroq; labore,  
Diuitias animi multas verasq; pararit,  
Vidimus: & Varnus Viadrusq; loquuntur, & Elmus  
Annuit, inuidiæ nec id os impunè negarit  
Præsidio quæ cunq; forent, nihil omnium omisit.  
Nam quid habent Latij, benè quin perspexerit, aut quid  
Vrbs sacra Cecropiden? & condit nobile carmen,  
Et nitido veterum loquitur sermone Quiritum:  
Nil etiam templo Tritonia condit in imo,  
Quin totum ingenio maturè prenderit ipsum:  
Non est, hoc ut norit, & vt neglexerit illud:  
Non voluit nobis multum didicisse videri:  
Quo quis sæpe alios, sed se magis ipse fecellit,  
Et tamen hoc vulgo facimus: sed funditus hausit  
Disciplinarum latices ex fontibus ipsis.  
Sic solidas animi sibi opes inuénit, & auget  
Semper multimodis. Quis enim plaudente theatro  
Explicit ingenuas inter nos clariss artes?

A 2

Sed



Sed res præcipue, quas vix mens sola penetrat,  
Quasq; est ardua res, humana voce profari:  
Quid? quod Pæonijs non est nouus hospes in herbis?  
Quid? quod & ex Mose, priscisq; ex vatibus idem,  
Ipse ego dum Graios noctu voluo atq; reuoluo,  
Phœnicum lingua lecta intellecta q; nosti?  
Scilicet, hæc etiam est animi nota certa prophani.  
Magna satis dixi: iam maius dico: quod atra  
Labe vacans, niueo candescis pectore totus.  
Quòd libertatem præfers Pactoliæ vndæ,  
Detestans etiam Satrapeias mancipiorum:  
Quòd cum fortè bonus sperata nauigat aura,  
Quando mali ringuntur, in altum iubila tollis:  
Quòd, quos Aonides decorant, moresq; venusti,  
Obuius ipse, humiles, animoq; domoq; receptas:  
Nec refert, si quis se ferebat abs re,  
Hunc ob stultitiam populari in face relinqu.  
Haetenus hæc: nec plura velim: nec sit satis otij:  
Nec, licet hoc à me tacite fortasse requiras,  
Hic ego te doceo, cum, quæ quis carmine pandat,  
Pridem animo memori teneas benè doctus, ad vnguem.  
Nam si consilio & monitis res quæq; regantur,  
Non nihil his & ego in rebus præstare potis sim.  
Vix etiam fuerit te, pro re, mitior alter:  
Qui legum tabulis vltrò parere recusent,  
Aequus & hic & iustus eris, multumq; seuerus,  
Ne detrimenti capiat quid Iuliados res,  
Sed potius, cœlo depulsis nubibus omni,  
Crescat in integrum, contenta, publica, cura.  
Spero equidem: nec spes, quam de te cepero, fallet,  
Quando alijs missis, quod ages, meditaberis vnum:  
Teq; sacra exacuent antiqui verba Biantis,  
Et semper feriens, Siculo cor, naphe, susurro:  
Nec deerunt socij, nec cuius dicitur Argo,  
Nec deerit, nutu qui torquet totius axen.

F I N I S.




AB: 153 147

86.

e

UDK





15.



IOANNIS CASELII  
Ad Clarissimum virum  
**CORNELIVM**  
MARTINIVM,  
Antwerpium, renunciatum Prorectorem  
academiæ Iuliæ,  
*EPISTOLA.*

OY ΥΕΥΔΕΙ ΤΕΓΓΩ  
ΛΟΓΟΤΣ.



HELMÆSTA DII, in acad. IVLIA,  
excudebat Iacobus Lucius. Anno  
CIC. 150.  
XII. Kal. Decembr.

